



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 67. Bernardi Gustavi Marchionis Durlacensis Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

conciliandi modus a Papa, Rege, Ponti-
ficis Nuntio, Aulæ Ministris, ceterisque
Episcopis fuisse approbatus, ut hac ratione
Romanæ Curiae cavillis satisfaceret, quin ta-
men veritas ac Christiana sinceritas lædere-
tur. Scripsit Pavillonius egregium tra-
ctatum de fide humana.

§. LXVII.

*Bernardi Gustavi Marchionis Durla-
censis Cardinalis obitus.*

Inter Purpuratos hunc annum emor-
tualem habuit Gustavus Adolphus
Marchio Durlacensis Caroli Friderici
Ducis & Eleonoræ Solmensis Comitissæ Filius. Hic anno Christi millesimo
sexcentesimo trigesimo primo die deci-
ma quarta Decembris natus, Lutheri
sectam paternæ educationis vitio im-
biberat: Adolescens literis probe
excultus varias peragrabat regiones,
ac demum militiam profanam profes-
sus, primo sub Venetorum signis contra
Turcas, & postea Suecici Regis stipen-
dia merens, in Polonos motis expedi-
tionibus bellicis interfuit, ac demum
Morunganæ arcis Borussiae Gubernator
aliquamdiu præfuit: Dudum haud te-
nuis de sectæ suæ veritate scrupulus
ejus animum cruciabat, tandem ex
crebra sacri Codicis, ac sanctorum Pa-
trum

*Imhoff Not.
Princ. l. 4.
c. 8. §. 33.*

Sæc. XVII. trum lectione, frequentique cum Ca
 A. C. 1677. tholicis colloquio ac concertatione lu
 culenter deprehendit, quod Luther
 haud magis certa, quam quivis alia
 e Novatoribus, vocatione munitus non
 dogmata juxta suum aliorumque bene
 placitum, & non raro suis æmulis con
 tradicendi pruritum procuderit, &
 sibimetipsi sæpissime adversatus fuerit
 igitur nebulas & mendacia, quibus Ca
 tholicam religionem a suis Prædicantibus
 unice impugnari cognoverat, dilu
 cutere, atque ad veritatis lucem pro
 perare festinabat: opportune ad He
 molsheimense Monasterium prope Moh
 heimium in Alsatia anno hujus sæculi
 sexagesimo divertit, ubi pluribus pro
 be instructus clam fidem Catholicam
 professus, Argentinensem Canonice
 tum, quem pacis Westphalicæ benefi
 cio obtinuerat, dimisit, inde vero Ro
 mam profectus, tertio post anno se
 lemni ejuratione ad Romanæ Ecclesiæ
 gremium confugit: Postea sub Leo
 poldo Cæsare signa secutus, in præliis
 contra Turcas apud montem S. Go
 tardi luculenta fortitudinis ac militaris
 experientiæ specimina edidit, ac glo
 rioso vulnere inclaruit: miseratione
 Dei benignitate impulsus, relictis sæculi
 castris anno hujus sæculi sexagesimo
 octavo sub regula sancti Benedicti vo

sua solemnī ritu Deo nuncupavit, as-
sumptoque Bernardi Gustavi nomine
post plurima virtutum exempla tertio
post anno in Fuldensem Abbatem, &
biennio post in Campidunensem Prin-
cipem assumptus est. Meritorum fama
dum ad Clementis X. Papæ aures
personante, ab eodem anno Christi
millesimo sexcentesimo septuagesimo
etiam Romana Purpura decoratus est.
Tandem vero, cum ad Hammelbur-
gensē arcem contenderet, in itinere
periculoso morbo correptus, paulopost
die vigesima sexta Decembris anno
ætatis suæ quadragesimo sexto meritis
plenus pie in Domino obiit: Successo-
rem habuit in Fuldensi Abbatia Placi-
dum de Droß ex nobili apud Westpha-
lōs genere prognatum.

§. LXVIII.

Julii Gabrielii Cardinalis decessus.

Eodem fato sublatus est Julius Gabriel-
lius patria Romanus, qui a piissi-
mis parentibus liberaliter educatus, ac
scientiis politioribus apprime excultus
coram Gregorio XV. elegantissimam ora-
tionem habuit, & ab Urbano VIII. Ca-
meræ Apostolicæ Clericis adscriptus
anno hujus sæculi quadragesimo primo
ab eodem Cardinalis, & sequenti anno
Hist. Eccles. Tom. LXIV. O Ascu-

Palat. Fast.
Card. t. 4.
Cornar. re-
lat. de la
Cour de
Rom. p. 74.
Purpur.
doct. suppl.
Eggs.
Ciaccon. in
vita Ur-
ban. VIII.